



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Bona Volvntas Optimæ Consentiens. Seu De Sequendo In Omnibus Ductu Providentiæ Diviniæ**

**Foullon, Jean E.**

**Leodii, 1657**

XIII. Vitam item Civilem & Spiritualem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54992](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54992)

num prodigium ad messem usque adultam perduravit: Deo tunc demum extraordinem ac supra naturam operari desinente, cum ordo naturæ redierat. Ita ex Paraquaria ab ipso populi istius ductore scriptum, anno hujus sæculi tricesimo quinto.

XIII.

*Vitam item  
Civilem &  
Spiritualē.*

Civilem autem suorum vitam, quæ apud cordatos corporali pluris est, & in honoris ac bonæ famæ, ex virtute nascentis, præmio consistit, servaturum se Deus nominatim pollicitus est, Regum 2. *Quicumque glorificaverit me, glorificabo eum.* Stetisse promissis infinita testantur: mendaces enim ostendit, qui maculaverunt sanctos suos: fecit, ut ab auditione mala non timerent, qui apud ipsum benè audiebant: voluit, ut quod ipsi fecerunt narretur in memoriam eorum, & dici possit, Nimis honorati sunt amici tui Deus: si quid ipsis interim infamiæ ad exercitationem virtutis inuri passus est, multiplici honoris favore postmodum compensavit, ut in Sanctorum apud fideles gloria passim videtur.

dere est. Si verò Civilem ac Corporalem amicorum vitam tam studiosè Deus solet defendere, quid de spiritali dicemus, cujus vel minimum detrimentum universi mundi lucro sarciri non potest? Lib. 1. Reg. cap. 2. de Deo concinuit Samuelis mater, *Pedes Sanctorum suorum servabit.* At cur pedes potissimùm memoras Prophetis sapientissima? Quidni potiùs oculos, cor, caput, aliàve nobiliora membrorum? Omissis variis explicationibus, commodè Cajetanus dicit, pedum fieri mentionem, ut inde inferatur quanta sit cura capitis, cùm vilissima membra accuratè custodiantur. Vidisti quâ diligentia Deus corpora Sauctorum, & honorem, id est pedes, servet: ut vel hinc scias, quomodo animam tueatur, corque, & caput hominis in illum ex utero projecti, quem docet à juventute, & usque in senectam & senium: quem, ut ait Laurentius Justinianus lib. de triumphali Christi agone cap. 25. *comitatur in negotiis, ne delinquat; in periculis, ne cadat; in prosperitatibus, ne se extollat; in laboribus,*

76

BONA VOLUNTAS

*ne deficiat; in dubiis, ne erret; in hujus vite  
itineribus, ne eterna vite consolationem  
amittat.*



PARS